

Q 241

Handwritten text on a strip of paper with red vertical lines, partially obscured by the binding.



Ad Virum
Plurimum Reverendum atq; Amplissimum
D. N. DANIELEM
MÜLLERUM,
 Ecclesiæ Lipsiensis ad D. Nico-
 lai Archidiaconum meritissimum,

cum
 applaudentibus bonis omnibus
 A. C. 1668.
Calendis Octobribus

SS. Theologiæ Doctor
publicè renunciaretur,
 Compatrem suum honoratissimum, & in
 Christo Patrem venerandum
 compellatio

M. Jac. Thomasi,
 Eloq. Prof. P.

L I P S I Æ,
 Typis JOH. WITTIGAU.



Ab Vnum
M. DANIELLEM
M. L. ERUM
Fidelis Lictoris ad B. Nico
in Aristototelem
A. C. 1717
S. Theologie Doctor
in
M. Jac. Thomann
Blod. Prof. P.
A. C. 1717
M. L. WITTOUR





Vas nudius tertius ferias nobis *Angeli*,
eas faciunt hodiè *Doctores*.

Nec tamen peccabit,

si quis mutatis ex utraqve parte nominibus
præteritam solennitatè Doctõribus imputet,
hodiernam Angelis:

Nam & Angeli Doctõrum funguntur munere, *

& Doctores Angelorum;

illi certè,

quos ex eo,

quia *verbum Dei* ad homines deserunt,
appellare *Theologos* consuevimus.

Cur verò non salutentur *Angeli*

quibus Dominus Dominantium

Nunciorum personam imposuit,

ut pacem supplicibus offerrent,

hostibus bellum indicerent:

Cur non salutentur *Angeli*,

quos Princeps Gloriæ Christus

Legatione sacrâ fungi voluit,

ut mundum Deo reconciliarent:

Cur non salutentur *Angeli*,

quos sanctus Jehovæ Spiritus

è multis elegit,

ut in *Apostolorum* ministeria succedentes;

docendo, concionando, scribendo

colligerent Ecclesiam Deo:

Utique jamdudum decrevit omnis antiquitas,

ipso vocabuli sensu annuente,

Angelum nomen esse non naturæ,

sed officii.

✕ 2

Atque

* Autor
Qq. ad Antiochum,
q. 31. Infirmi
omnium
Ordinum
sunt Ange-
li, qui ho-
minum
sunt Do-
ctores.

Atque hoc ego officium
veneror in universis,
quibus hæc dies sacram imponit insulam:
in Te autem solo,

Doctorum hodiè renunciatorum prime,
Vir Tuo mihi merito maximè venerande,
nomen *Danielis* defixus intueor.

Quod ut *Michaeli*, *Gabrieli*, *Raphaeli*
terminatione proximum ipsæ aures judicant:
sic Archangelo, quem primum nominavi,
cuique præter cæteros nupera vacabat feria,
dignum profiteri non verebitur,

quisquis reputabit,
quem Hebræi *Danielem* vocant,
eum Latinis esse *Judicem Dei*.

Vindicem gladium gerit *Judex*,
quo probos tueatur,

improbis mercedem scelerum dividat.

Gladio armatus est Archangelus *Michael*
cum pro Dei populo propugnans
adversus hostem Ecclesiæ Diabolum præliatur.
Talem haud obscurè Daniel exhibet, *

* Dan. 10.
v. 13.
† ibid. v. 11.

Vir desideriorum, †
liberum relinquens nobis,
vellemus nè illum de principibus primis unum,
ut Bellatorem divinitus missum,
an ut à Deo datum Judicem
nobis interpretari.

Nam & Bellator exercet iudicium in rebelles,
& Judex bellum flagitiis intendit.

Te verò Vir defidorum Daniel,
Te inquam; qui Doctores inter hodiernos,
quos principum in militiâ Dei primorum Ordini
Calendæ Octobres inferunt,
unus es & primus,
non dubitabo ex eo ipso argumento,
quo Daniel es,
hoc est, quo Te Judicem à Deo profectum probas,
Michaeli comparare;
vel potius,
quandoquidem certum est
sub Archangeli Michaelis personâ
representari nobis in sacro codice
Magni Angelum Consilii Jesum Christum;
hujus te Michaelis Angelum seu legatum proclamabo,
Supremus Ecclesiæ suæ defensor
increated ille Michael est,
Filius unigenitus Dei vivi.
Hunc eundem Pater æternus
Judicem constituit vivorum & mortuorum.
Hæc inde à principio catholica fides fuit.
Verùm postea quàm Pseudocatholici,
quos pro Catholicis concinnius Cacolycos appelles,
Creatori debitum honorem
infando sacrilegio,
in creaturas divertere cœperet;
factum esse apparet,
ut illam judicandi potestatem,
quæ præmia pœnâsque futuri seculi
mortalibus partiatur,
in Archangelum transcriberent.

*Pelbart. de
Temefw. in
Pomer.
Serm. de
sanct. ferm.
68. lit. H.
& alii.

Ergò Michalem ajunt, *

ut primùm anima hominis à corpore difcefferit,
benè merita cujusque cum culpis contendentem,
bonis operibus five suis, five monasticis alienis

plenas animas cœlo,

vacuas orco,

sempiernas purgatorio addicere.

Indè pictura Michaelis Arhangeli Papistica

non gladio tantùm dexteram ejus armat,

ut Bellatoris,

sed & balance sinistram inſtruit,

ut Judicis:

lanci verò salutiferæ

non quidem, quod par erat,

quodq; imago elegans Griebnerianæ domûs

Catharinianum urbis nostræ vicû tranſeuntibus demonstrat,

inſtrumenta Paſſionis Dominicæ,

coronam spineam, clavos, lanceam, crucem,

sed ſeruta & quisquillas monetæ adulterinæ;

sphæras precatorias, roſaria, cereos, bullas,

verè bullas, imponit.

Valeant fabulæ!

Nos veritatem proſequamur!

Tibi, Compater Honorande,

Verus ille ac ſupremus Judex Chriſtus

facultatem delegavit

non explorandi animarum pondera poſt mortem,

sed precium vivis hominibus dicendi,

ligandiq; ac ſolvendi in terris,

quod ipſe ratum haberet in cœlis.

O quàm

O quàm lætabile mihi tribunal hoc tuum est,
quoties per confessionem sacram
cor contritum & humiliatum aperienti

Tu vicissim Gratiam Dei referas!

Nec solus ego tam felix:

Sunt mecum ingenti numero alii,

quibus *per annos ipsos viginti quinque,*

Sacerdos inter lepram & non lepram judicans,

Summi Sacerdotis nomine

veniam admissorum verè pœnitentibus indulxisti:

Dignus Lipsiensibus Theologis visus,

quem post quasi togatos tot annorum labores,

post jam *ab annis novem* impetratam *Licentiam,*

pro eaq̃ve *Militia Apostolica* titulo vulgatam

Disputationem nervi acroboris plenissimam,

quã ex eodem Apostoli dicto *

Cum Papæ, Calvini, Munceri, Socini, Arminii copiis

sapienter, fortiter, feliciter conflixisti,

lagatis Magistratibus adscriberent,

ut supremam Doctoris dignitatem adeptus,

unus ex Angelis Increari Archangeli

Bella Domini adversus Draconem

in hæresium multa divisum capita

bellare pergeres.

Euge!

jam Te video

Romanis aqvilis dennò signa opponentem,

ut ex novâ disputatione

Invidiâ Ecclesie Lutherana veritas

consistat.

2. Cor. 10,
v. 3-4-5.

Mihî

Mihi verò venit hîc in mentem ambigere,
annon egregium hoc facinus Tuum
Judicis esse dicam potiùs,

quàm Bellatoris?

Dum enim Augustanæ Confessionis
intemeratam sanctimoniam
à falsissimis criminationibus
duorum inprimis Papicolarum

Julii Cæsaris Coturii,

& Thomæ Henrici

vindicas,

idem facis, quod olim Daniel,

qui Judex adhibitus

par impurorum Senum,

à quibus innocentia castissima Susannæ

per summum scelus circumventa erat,

populo discerpendum tradidit.

Ergò

sive judicariam in te potestatem suspicere par erit,

Seculi nostri Daniel vocaberis:

sive caelestis militia socium prædicare,

Doctōris Angelici cognomen

contra Thomam,

Non Aquinatem, sed Henricium,

siquæ fœderatum Coturium,

Militans Ecclesia Tibi decernet.

Ego Deum orare non desinam,

ut Te domi judicia sua exercere,

foris bella patrare

quàm diutissimè jubeat!

F I N I S.

DD A 6358

ULB Halle 3
002 920 387




sb.

1077

Reho ✓

5 ♦ 8





Ad Virum
Plurimum Reverendum atq; Amplissimum
D.N. DANIELEM
MÜLLERUM,
 Ecclesiae Lipsiensis ad D. Nico-

lai Archidiaconum meritissimum,

cum
 applaudentibus bonis omnibus
 A. C. 1668.

Calendis Octobribus

SS. Theologiae Doctor

publicè renunciaretur,

Compatrem suum honoratissimum, & in
 Christo Patrem venerandum
 compellatio

M. Jac. Thomasi,

Eloq. Prof. P.

L I P S I Æ,
 Typis JOH. WITTIGAU.

